

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus p
cum uariis

Que est ista iusticia, sanctos colere et sanctitatem contempnere? Primus gradus pietatis est sanctitatem diligere deinde sanctos quia non sancti ante sanctitatem fuerunt, sed sanctitas ante eos. Sine causa ergo iustos honorat qui iusticiam spernit.

Crisostomus super XXIII. capitulum Matthei.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Sanctitas uel sanctus p] Sanctitas uel sanctus q P V¹ V² L¹ L²; pietatis] pietas P V¹; deinde] denique P V¹, postea V² L¹ L²; ante *om.* P V¹; XXIII. capitulum Matthei] Mattheum 24. capitulo P V¹, 24. Mattheum capitulo V²; Crisostomus super XXIII. capitulum Matthei] ibidem L¹ L²